

Quæ in matrimonium ab initio coacta consentit, si per annum & diem cum marito cohabitet, consentisse sponte videtur, nec testes in contrarium recipiuntur, *cap. ad id quod, de sponsal.*

Clandestinum matrimonium in publico ratificandum est, *cap. quod nobis, de clandestin. despons.*

Matrimonium cum arcta contractum, propter sola conjugum verba dirimi non debet, nisi aliæ ad sint probationes, *cap. fraternitatis, de frigid. & malefic.*

Matrimonium coactum copula sequente confirmatur, *c. significavit, de eo qui dux. in matrimon.*

Matrimonium Beguinarum tenet, nec officit, si habitum recipiunt de manu Sacerdotis, *c. consuluit, qui Cler. vel vov.*

Matrimonium contractum non impedit velum viduitatis, nisi certam religionem assumat, *c. ex parte, de convers. conjug.*

In matrimonio non currit præscriptio, *c. in presentia, de spons.*

Matrimonium confirmatur carnali copula, *c. a nobis, de despons. impub.*

**MATRIMONIUM QUI CONTRAHERE POSSINT, ET CUM QUIBUS.**

Matrimonium contrahere non possunt, qui consentire non possunt, ut pueri, *c. accessit, de despons. impub.*

Matrimonium contrahere possunt surdus & mutus per signa, *c. cum apud sedem, de sponsal.*

Matrimonium contrahere non possunt professi in religione, *c. meminimus, qui Cler. vel vov.*

Matrimonium liberi cum ancilla non valet, nisi eam talem esse prius sciverit, vel postquam rescivit, eam cognovit, *c. proposuit, de conjug. servor.*

Matrimonium contrahere non potest furiosus, *c. dilectus, de spons.*

Matrimonium cum inhabili valet, si contrahentes voluerint, *c. consultationi, de frigid. & malefic.*

Matrimonium inter filium spiritualem baptizantis, & carnalem filiam baptizati non valet, *c. ex literis, de cognat. spirit.*

Matrimonium contractum cum ea, quæ alteri per verba de præfenti desponsata est, non valet, *c. accepisti, de spons. duor.*

Matrimonium contractum cum sorore ejus, quam quis ante septennium attendavit, non valet, *c. juvenis, de spons.*

**MATRIMONIUM QUOMODO DIRIMATUR.**

In matrimonio dirimendo aspectus corporis præfertur juramento, *c. proposuisti, de probat.*

Matrimonio juncti non separantur per solam & privatam confessionem viri & uxoris, *c. lator presentium, de sentent. & re judicat.*

Matrimonium illud dirimitur, in quo vir per septennium uxori cohabitans eam cognoscere non potest, *c. littera vestra, de frigid. & malefic.*

**MATRONA** in habitu meretricali inventa injuriarum agere non potest, *cap. in audientia, de sentent. excommuni.*

**MEDICI** ante omnia infirmum ad confessionem inducere debent, nec quicquam illi suadere, quod ad periculum animarum tendat, *cap. cum infirmitas, 13. de penitentiis.*

Si execrabili modo medeatur, vel sanari cupiat, *26. quest. 2. cap. illud quod, cap. qui sine, quest. 7. c. admonent. c. non observetis, vers. siue qui per quosdam.*

Medicus nihil omittens de contingentiis non est puniendus, etsi æger moriatur, *cap. ad aurea, de erat. & qualic. præfic.*

Medicus consulat etiam salutem animæ ægotantis, neque ratione medicinæ detrimentum inferat animæ, *cap.*

*cum infirmitas, de penitent. & remiss.*

Medicina adulationis vel incisionis est Clericis prohibenda, *c. sententiam sanguinis, ne Cler. vel Mon. de MENDICANTIBUS, cap. unico, de religiosis domibus, in 6. cap. unico, de excess. Prælat. in 6. Clement. 1. de regularib. Clement. cupientes, 3. de penit. extravag. communica, de officio custodis. extravag. com. vires, 2. de treuga & pace, extravag. com. 1. de regul.*

**METROPOLITANUS**, *dist. 21. c. Clevos. §. Metropolitanani. & §. Patriarcha patrum, in fin.*

Metropolitanus dignitatis sibi traditæ antiquitus jus intertemeratum obtineat, *25. quest. 2. c. igitur. & c. servatis. Ne in una provincia duo Metropolitaniani constituantur, dist. 101. cap. 1.*

Metropolitanus provinciam suam visitare potest, *cum ex officio, de præscript.*

Metropolitanus cum suis Episcopis consecrat Episcopum, *c. 1. de sacr. unct.*

**METUS** cadens in virum constantem excusat, *c. ad audientiam, de iis quæ vi metusue.*

Metus ingressum religionis vitiat, nisi postmodum etiam consentiat, *c. 1. eod. tit.*

Renunciatio metu Laicorum facta non valet, *c. 2. eod. tit.*

Metus, & coactio consensum excludunt, *cap. cum locum, de spons.*

Metus vitæ & bonorum conservationem tantum spectans, non absolvit juramentum a juramenti præstatione, *cap. si vero. §. verum. de jurejurand.*

**de MINORIBUS**: hi possunt ubique vel sine licentia Prælati prædicare, *c. in iis, 30. de privilegiis. Clement. dudum, 2. de sepulchris. extravag. com. unica, de judiciis. extravag. com. super cathedram, 2. de sepulchris. extravag. com. 1. de privilegiis. cap. quia ex eo. 3. de pactis, in 6. c. ex iis. 3. de verb. signif. extravag. in 6. Clem. 1. eod. tit. extravag. Joan. XXII. 1. de verb. signif. extravag. Joan. XXII. quia nonnunquam, 2. eod. tit. extravag. Joan. XXII. ad conditorem, 3. & ult. eod. tit.*

**MINORENNIS** quomodo intelligatur quis esse *cap. in presentia, de probat.*

Minoris jure fungitur Ecclesia in restitutionibus, *cap. 1. & c. auditis, de restitut. in integr.*

**MIRACULA** sunt per testes examinanda, & qualiter, *c. venerabili, de testibus.*

Miracula faciens non colatur tanquam sanctus, nisi Romanæ Ecclesiæ auctoritate, *c. 1. de reliq. & venerat. sanct.*

Per miracula probet se quis a Deo missum, *cap. cum est injuncto, de hæretic.*

**MISERICORDIA**, *23. qu. 4. cap. est injusta, cap. non amisso. cap. duo ista. item dist. 86. qui clementiam. de MISSÆ origine. De consecr. dist. 1. cap. Jacobus, & de causa missæ & usû, habetur cap. cum creatura, 11. de celebrat. missar.*

Missæ an sit de substantia ordinum & Ecclesiarum consecrationum, *c. quoad sicut, de elect.*

Missarum celebrationem impedit deformitas, vel debilitas personæ celebrare volentis, *c. Presbyterum, de Cleric. ægot.*

Missas duas quando Sacerdos celebrare possit, & tunc post sanguinem vinum non sumat, *cap. consuluit. & ex parte vestra, de celebrat. miss.*

Missam nemo propter conscientiam celebrare fingat, quia dupliciter peccat, *cap. dolenter, eod. tit.*

**MODERATIO** *cap. transmissio, 23. de verbor. signif.*

**MONACHUS** 16. quest. 1. cap. 1. in princ. cap. placuit, §. fin.

Monachus non fiat quis, nisi in legitima ætate, *cap. 1. de regul.*

Monachus potest in Episcopum eligi, *c. cum olim, de dol. & contum.*

Monachus qualiter possit proprium possidere, *c. 1. de statu Monach.*

Monachus potest etiam in causa monasterii testimonium perhibere, *c. tertio loco, de probat.*

Monachi irregulariter viventes ejiciantur, nisi se corrigant, *c. relatum, ne Cler. vel Monach.*

Monachi non regant Ecclesias ad eos pleno jure non spectantes, *c. 1. de Capell. mon.*

Monachus cum licentia Abbatis & Episcopi sui prædicare potest, *c. cum sit, de Jud. & Sarracen.*

Monachum non facit habitus, sed professio, *c. porrethum, de regular.*

de **MONASTERIO** foeminarum longius a virorum monasterio ædificando, *18. quest. 2. c. monasteria.*

Puellarum monasteria Monachorum præsidio & ministerio regantur, *18. quest. 2. c. in decima. c. pluralis, 40. de regul. juris, in 6.*

Ne vir monasterium Monialium ingrediatur, *c. monasteria, 8. de vita & honestate Clericor. c. unico, in princ. vers. nullique aliquatenus, de statu regular. in 6.*

De colloquio Monialium cum Monachis interdicens, *18. quest. 2. c. in decima. vers. sed neque Abbatem. & d. quest. 2. c. diffinimus. §. verum.*

Ne cum viris concumbant, *27. quest. 1. cap. nec aliqua, cum c. seq.*

Ne simul cum Canonicis, & Monachis conveniant in Clero, *18. quest. 2. c. perniciosam. §. simili modo.*

Ne Moniales monasterium egrediantur, *cap. unico, in princ. de statu regular. in 6.*

Nisi Abbatissa præstandi juramenti fidelitatis causa monasterium egrediat, *d. c. unico. §. verum.*

Ne sanctimonialia propria receptacula habeant, *18. q. 2. perniciosam, in princ.*

De vestitu Monialium, *dist. 23. c. sanctimonialis.*

De consecrandis & velandis sanctimonialibus, *20. q. 2. cap. devotio, cum sequentibus, usque ad cap. ult.*

De visitandis Monialibus, & earum officio, *Clement. ult. de statu Monachorum.*

Denique regula eadem in Monialibus, quæ in Monachis, jura sunt observanda, *c. ult. §. fin. de statu Monachorum.*

Monasteriis pluribus unus Abbas præesse non debet, nec unus Monachus in duobus monasteriis locum habere, *c. ult. de Xenodoch.*

**MONIALEM** percutiens incidit in canonem, *c. de Monialibus, de sent. excomm.*

Monialis de incestu suspecta se purgare tenetur, *c. Moniales, de purg.*

Monialium monasteria frequentantes Clerici, admoniti deponantur, Laici excommunicentur, *c. monasteria, de vit. & honest. Cler.*

Monialis divinum officium turbans, sine excommunicatione ejici potest, *c. veniens, de sent. excommunicationis. idem de Clericis, vel Religiosis intelligendum.*

Monialis in quacunque causa criminali vel civili non est ad iuramentum compellenda, *cap. 1. de jur. calumn.*

**MONETA** qualiter fit & innovatur, *c. quanto de Jurejur. in MORA non est, qui potest exceptione legitima se tueri, c. non est, 60. de reg. jur. in 6.*

si Moriatur quis in bello contra hæreticos ac infideles, justificatur, *23. q. 5. c. omnium. q. 8. c. omni timore.*

**MORTUO** potest absolutio excommunicationis impendi, *c. a nobis, de sent. excommuni.*

**MULCTA** alicui indicta jure civili pertinet ad fiscum, *l. 5. Codic. de modo multarum. Secus tamen observatur jure Pontificio.*

**MULIER**, 32. quest. 2. c. penult.

De orationibus, & meritis mulierum Ecclesiasticarum, cavetur *distinct. 81. cap. ult.*

Mulier ab undecimo anno dicitur nuptiis apta, *esp. continetur, de spons. impub.*

Neque mulier, neque monialis prædicare, benedicere, vel confessionem audire potest, *c. nova, de penitent. & remiss.*

Mulier arbiter esse potest in civili causa Clericorum, *cap. dilecti, de arbit.*

Mulier procuratrix esse potest, *cap. cum dilectæ, de confirmat. util.*

Mulier præbendas conferre potest, *c. dilecto filio, de testib.*

**MUTILATUS** manu ordinari non potest, *c. exposuisti, de corp. vit.*

**MYSTERIUM**, 1. quest. 1. cap. multi. §. mysterium.

N.

**NATALIUM** causa ad forum Ecclesiasticum pertinet, *c. tuam, de ordin. cognit.*

Nativitas legitima prius probanda venit, quam de successione agatur, *ibid.*

Nati ex libero ventre in servitute non redigantur, *c. 1. de nat. ex lib. ventr.*

**NATUS** c. nam & ego, 3. de verb. signif.

si ex **NAUFRAGIO** quid abstulerit, excommunicatur, *c. excommunicationi, 3. §. illi etiam, de raprobis.*

**NECESSITAS** licitum facit, quod non est licitum in lege, *c. quod non est, 4. de reg. jur.*

Necessitas legem non habet, *cap. consilium, de observat. servor.*

Necessitas juramentum excusat, *c. si vero, de jurejur.*

**NEGATIVA** probari non potest, nec debet, nisi purgando se de calumnia, *c. bonæ, de elect. & c. cum dilectus filius, de calumn.*

de **NEGLIGENTIA**, *dist. 83. c. ult. §. sicut ausum.*

Negligentia Episcopi puniatur, *c. 1. de suppl. neglig. Prælat.*

Propter negligentiam in præsentando admittam, jus præsentationis amittitur illa vice, *c. 3. eod. tit.*

Propter negligentiam collationis beneficiorum intra tempus semestre, spectat ad Papam collatio, *c. licet, eod. tit.*

Per negligentiam jus eligendi amittitur, *c. ult. eod. tit.*

Per negligentiam inferiorum, beneficiorum collatio ad superiorem devolvitur, *cap. quia diversitatem, de concess. præbend.*

Per negligentiam perdit Prælati jurisdictionem, *cap. per tuas, de sent. excommuni.*

**NEGOTIUM**, *c. forus, 10. §. negotium. & §. in omni. item dist. 88. c. quoniam. §. fin.*

Si quis negotia Ecclesiæ gerendo, vel Ecclesiæ rebus damnum intulerit, sibi lucrum captando: vel contra in suis rebus damnum senferit, dum utilitati Ecclesiæ studet, hoc damnum hincinde præstabitur, *12. quest. 4. c. 1. §. fin. cum c. sequente. usque ad §. si vero de reb.*

Si quis negotia Ecclesiæ gerendo res ejus consumpserit, hoc præstandum est, *12. q. 5. c. obitum. Quo nomine etiam adversus hæresim datur actio, d. c. obitum.*

**NEGOTIATOR**, *dist. 88. c. ejiciens. §. ostendam ergo, de verb. signif.*

**NOBILITAS** vitæ & non sanguinis attendenda est in beneficiorum collatione, *c. venerabilis frater, de præbend. & dignitat.*

**NOMINATIO** sola nullum jus acquirit nominato, *cap. quod sicut, de elect. & cap. cum olim, de verbor. signif.*



NOTORIUM quid, & quot modis dicitur, c. vestra, de cobabit. cler.

Notoria probatione non egent, c. tua nos eod. tit. & c. evidetia de accus.

Notoria per famam purgatione indigent, & taliter diffamatis non est indicenda purgatio, sed condemnatio, cap. cum dilectis filiis, de purgat. canonic.

In notoriis Ecclesie iudicium requiritur, c. porro, de divor.

In notoriis non requiritur ordo juris, c. ad nostram, de iurejur.

NOVALE, c. i. capit. quid per novale, de verb. signif.

NOVI operis nuntiatio remittitur, si is, cui nuntiatur est, cautionem præstet de opere, si non iure fuerit ædificatum demolendo. Nisi in continenti, vel intra tres menses probari possit, non iure ædificari, c. pen. & ult. de novi operis nuntiatione.

Si quis contempta novi operis nuntiatione opus fecerit, illud destruere cogitur, c. i. cum seq. dict. tit. etiam si iure opus factum sit, d. c. i. cum seq.

NULLITAS SENTENTIE QUANDO SIT EX PERSONA JUDICANTIS.

Si excommunicatus sententiam tulerit, 24. q. 1. c. Achabius. in fin. cum c. seq. d. q. 1. c. miramur.

Si Hæreticus sententiam tulerit, 2. q. 6. c. catholicus. quod fallit, si iudex de hæresi nondum fuerit damnatus, secus si ipsa hæresis jam olim fuerit damnata, 24. q. 1. in princ. cum c. seq. c. majores, c. Achabius: vel si novam hæresim effingens, eam ex corde prædicare cepit, d. q. 1. c. audivimus. q. in autem ex corde, cum seq.

Si a non competente Judice sit sententia lata, c. at si Cle. 4. de iudiciis, 2. q. 1. c. in primis. q. de persona Episc. 3. q. 8. c. 1. q. nullum. 9. q. 2. c. 1. 11. q. 1. c. in Clericorum, q. 3. c. cui est, Clem. 2. re iudicata. fallit, si actor a Judice condemnatus, exceptione proposita utatur: huic enim ea non prodest, 3. q. 8. c. 1. §. c. i. §. cuius. item si publice ab omnibus Judex competens fuerit existimatus, 3. q. 7. c. 2. in fin.

Si iudex pecunia corruptus sententiam dixerit, extra vag. nomm. 1. §. iustitiam vero, de sent. excommun. 2. q. 6. cap. ult. §. venales.

Si quidam, non omnes judicaverint, 2. q. 6. c. ult. §. item si plures, 3. q. 6. c. discurre, vers. ita ut nemo ex eis desit, de officio delegati. c. causam, 16. c. uno, 42. c. ult. in princ. vers. idem quoque, quod fallit, si omnes fuerint præsentis: tunc enim, quamvis omnes non consenserint, statur tamen sententia majoris partis, c. 1. in princ. & c. ult. de iis, que sunt a majore parte. Plane si utriusque sententia pares numero Judices sint, quid sequendum sit, c. ult. de re iudicat. Quod autem d. c. ult. dicitur: si ex delegata potestate utraque pendet sententia ex arbitrio delegantis, verum est: diversum etiam observatur, si in synodo provinciali differant: hoc enim casu ea sententia obtinet, cui Metropolitanus vicinæ provinciæ accedit, 6. q. 4. in princ. cum c. seq. cap. si quis Episcopus, c. si inter Episcopos, in princ. Porro d. c. ult. in fin. cavetur de dissensu arbitratorum compromissariorum. Fallit deinde, si ita convenit, vel causa delegata sit, ut uno, vel pluribus absentibus cæteri nihilominus judicare possent, c. prudentiam, 21. §. adjicimus. c. cum super, 23. vers. quamvis solus, de off. deleg. c. cum plures 8. in princ. eod. t. in 6. sed tamen si constiterit absentem adesse noluisse, vel non potuisse, valet sententia, d. cap. prudentiam, 21. in princ. & cum causa, 22. eod. tit. denique valet sententia, si præsens subdelegatum absentis admittere noluit. Sed reprobatur, c. eorum dilecto, 34. eod. tit.

EX PERSONA EJUS, QUI JUDICATUS EST.

Si contra absentem sententia dicta sit, nulla est, c. re-nor. 10. de re iudic. c. consultationibus. 10. de officio delegati, c. inter quatuor, 8. de majoritate, & obedientia, 2.

q. 1. c. in primis, q. sed & de personis. vers. si scriptis iudicatum est, 3. q. 8. c. 1. q. fin. Nisi per contumaciam absens fuit, contra quem iudicatum est, dict. c. consultationibus. 10. in fin. vers. nisi is qui possidet. c. veritatis, 8. de dolo, & contumacia, 2. q. 1. c. nomen. §. fin. q. 3. 8. c. 1. §. fin. 24. q. 3. c. de illicita. §. de conventionem. sed tamen contra absentem contumacem non valet sententia, si ex dispensatione Pontificis abest. Approbatur exemplo, c. cum olim, 7. de dolo, & contumacia. Valet tamen sententia, si Judex probetur circumventus in sententia ferenda, vel ex actis iniquitas sententia constet. Approbatur exemplo, c. cum Bartholdus, 18. de re iudic. Nisi legitima absentia causa probetur, d. c. 18. item non valet ferenda, si absens non fuerit legitime citatus, 5. q. 2. c. 1. sed contra absentem valet sententia, si cum esset præsens, a iudice recesserit appellans, c. ult. de dolo, & contum. in 6. Quod etiam verum est, si cum absenti præfixus esset terminus ad prosequendam appellationem, eam intra terminum non fuerit prosecutus: hoc enim casu contra appellatorem absentem, etiam non legitime citatum, sententia lata valet, c. sepe contingit, 4. de appellat.

Sententia non valet, si ante terminum præfixum, vel in ipso termino, partibus non expectatis, sententia sit lata, d. c. 44. vers. si quis autem terminum. c. ex insinuatione. 50. q. interim autem. & c. significante, 69. vers. adjiciens, quod cum de consensu, eod. tit. Nisi ante terminum a lege, non a iudice, vel partibus præfixum iudicatum sit, c. oblata, 57. d. tit. Nisi iudicatio iudicis delegati in termino præfixo expiret: hæc enim casibus valet, c. consuluit, 24. de off. deleg.

Præterea sententia contra absentem lata non valet, si absens ad Papam de causa litigiosa ivit, vel nuntium misit, c. dilect. 52. de appellat. c. unico. de Cleric. peregrinis. extravag. comm. Divina, 3. de privilegiis, quod fallit, si post citationem iter arripuit, vel nuntium misit, c. meminimus, 9. c. suggestum, 15. & c. ad hæc, 30. de appellat. item si ante sententiam appellans sine rationabili causa dicat se nuntium misisse, c. ut debitis, 59. vers. non obstant, si dicat, eod. tit.

Sententia contra absentem valet, etiam si procuratorem non habeat, si post conclusam causam mandatum fuerit revocatum, c. auditis, 8. de procuratorib. item si ignorante iudice, & adversario mandatum sit revocatum, c. mandato, 13. eod. tit.

Si inter alios, quam quibus iudex datus est, iudicatum sit, sententia nulla est, c. Porro, 40. de offic. deleg. Nisi alius jurisdictionem iudicis delegati impediat: in hunc enim, æque ac in eos, quibus iudex datus est, jurisdictionem exercere potest, c. 1. eod. tit.

EX QUIBUS CAUSIS NULLITAS ORIATUR.

Si sententia neque absolutionem, neque condemnationem contineat, nulla est. 2. q. 6. c. ult. §. diffinitiva. Nisi verbo æquipollenti iudex sit usus, c. in iis, que, de verbor. signif.

Si de alta re iudicatum sit, quam de qua iudex est datus, nullitas est. Approbatur exemplo, c. cum dilect. 22. q. dictum, de rescript. c. olim, 32. de offic. deleg. Nisi id, de quo pronuntiatum est, accessorium sit ejus, de quo iudex est datus, c. prudentiam, 21. §. 6. in fin. de offic. deleg. Cujus exemplum habetur, d. §. 6.

Si auctoritas superioris contra sententiam imploratur, nullitas est, 6. q. 4. c. ult. c. quod bene. vers. nisi forte ubi fuerit. Sed hæc imploratio videtur intelligenda de appellatione, vel de in integrum restitutione.

Si contra Canones iudicatum. Vide supra eod. Leges. Si sententia sub conditione lata conditio defecerit, nullitas est, 35. q. 9. c. Apostolica.

Si causa sententia falsa sit, vel contrarium ejus, quod in sententia quasi factum pronuntiatum est, possit probari: sed hoc reprobatur, 11. q. 3. c. non solum. §. contingit, 35. q. 9. in princ. c. loci nostri. §. quis ergo. Contradicit tamen d. c. loci nostri. §. his ita responderetur. & d. q. 9. c. quod quis. c. veniam. c. sententiam, c. grave. c. ult. Exemplum horum proponitur, d. q. 9. c. penult. admittitur tamen in matrimonio ex falsa causa dirempto, dict. c. loci nostri. §. aliud est.

Si ex falsis instrumentis sit iudicatum, nulla sententia est, cap. cum venerabilis, 6. §. licet autem, de exceptionib. cap. super eo, 2. de crimine falsi.

Item si ex falso testimonio testibus corruptis sit iudicatum, c. sicut nobis, 9. de testibus. c. cum l. & A. 22. de re iudic. quod fallit, si non probetur iudicem falsi testimonii fidem secutum in pronuntiando, dict. cap. 22. vers. vel licet de hoc constaret.

Si fines suæ jurisdictionis iudex in ferenda sententia excesserit, nullitas est, dict. cap. prudentiam, 21. in princ. vers. mandati siquidem, 2. quest. 6. cap. ult. §. item cum certa. quod fallit, si sententia nihil iniquitatis habeat, c. causam, 14. de re iudic.

Si gravatus ob vim sibi factam, appellare non potuit, sententia nulla est, quod probatur sub conditione, c. ult. de appellat.

Item si gravatus iter ad Papam arripuerit, sententia annullatur, c. unico, de Clericis peregrinantib.

Si iudicatum contra aliquem postquam protectioni superioris quis se subiecit, iudicatum non valet, cap. ad audientiam, 34. de appellatib.

Item si contra sententiam prius dictam iudicatum sit, 2. q. 6. c. ult. §. item si sententia. quod fallit si antea dispensative iudicatum sit, 35. q. 9. cap. sententiam. item fallit, si exceptio rei judicatae ante posteriorem sententiam non fuerit opposita, cap. inter monasterium, 20. de re iudicata.

Si iure nullo sententia nitatur, non valet, dict. q. 3. cap. cui est. item de re iudicata. c. inter ceteras, 9. Cujus exemplum habetur cap. non potest, 3. & c. labor, 7. eod. tit. Nisi per triginta annos a morte iudicis numerandos res ex injusta sententia sit possessa, 16. q. 3. cap. si Sacerdotes.

Si contra leges vel canones sententia sit lata, nulla est, c. 1. de re iudic. c. adversus, 7. §. quia vero nec sic, de immunitate Ecclesiar. 2. q. 6. c. ult. §. item si sententia. quod fallit primo, si contra jus litigatoris magis quam contra expressas leges sententia lata sit, quasi in hoc casu lex locum non habeat, dict. §. item si sententia. vers. si vero contra jus. c. cum inter, 18. de re iudicata. item fallit, si ex consuetudine contra jus commune scriptum sententia lata sit; item fallit si in causa Clericorum ex iure Pontificio contra jus civile sententia sit lata, c. quod Cleric. 9. de foro competentis. Quarto fallit, si Papa dispensative contra jus pronuntiaverit, c. in causis, 19. in fin. de re iudic.

Postremo hoc loco notanda est divisio injustæ sententiæ trimembris, quæ habetur, 11. q. 3. c. Episcopus. §. ad hoc respondendum.

Si regio metu vel potentioris iussu sententia lata sit, nulla est, 11. q. 3. c. iniustum.

Si noctu sit pronuntiatum, non valet, c. consuluit, 24. §. ne vero, de officio delegati.

Si nova instrumenta post sententiam latam in causa sint inventa, sententia non est nulla, c. inter monasterium, 20. vers. cum sub preterito, & c. suborbo, 21. §. fin. de re iudic.

Si non servato juris ordine sit iudicatum, non valet, 2. q. 1. in princ. c. prohibentur. §. fin. q. 6. c. ult. §. item sent. circa, 11. quest. 3. c. Episcopus. c. ad hoc respon. vers. sed non ex ordine. c. servetur. §. fin. c. eorum. Exemplum huius exceptionis habetur, c. exhibitæ, 19. de iudiciis. c. cum dilectis, 15. §. his igitur & aliis. vers. prætermisso juris ordine, de purgat. canonica. Contradicit 11. q. 3. c. non solum. §. cum

ergo. sed fallit supra dicta definitio, sit causa sit manifesta seu notoria, d. cap. prohibentur. §. fin. vers. hæc de illis intelligentia sunt. Hujus exemplum proponitur. c. ad petitionem, 22. de accusationib. c. quoniam, 10. de filiis Presbyterorum. Notorium autem dicitur tribus modis: per sententiam, per confessionem, & per evidentiam rei, cap. ult. de cobabit. Cler. sed contra non valet sententia, si iudici tantum causa sit manifesta, non etiam aliis, 2. q. 1. cap. multi, cum cap. seq. vel si causa aliis nota, iudici sit incognita, d. quest. 1. cap. Deus. vel si reus factum neget, d. cap. Deus. §. quando autem crimen. secundo fallit & sententia valet etiam juris ordine non servato, si iudex iuramentum præstiterit, quod in omni causa ordinem iudicarium sit observaturus: quod tamen reprobatur, c. ad nostrum, 21. de iurejur. item tertio fallit & sententia valet, si causa sit Ecclesiastica beneficialis, decimarum, matrimonialis, usurarum & similis: in huiusmodi enim causis de simplici & plano absque iudiciorum strepitu procedendum. Clement. dispendiosam, 2. de iudiciis. Quod & ad matrimoniales causas attinet. Concordat cap. 1. §. consultationi vestra, ut lite non contestata. Quarto sententia valet, si causa iudici ita commissa sit, ut simpliciter & de plano, ac sine strepitu ac figura iudicii procederet. Quæ replicatio approbatur simul & declaratur Clement. ult. de verb. signif. alias si Papa iudicaverit ordine non servato, sententia nulla esset, c. in causis, 19. de re iudic. denique sententia valet etiam juris ordine non servato, si quis in hæresi jam damnatam incidit: hic enim ipso facto pro excommunicato habetur, etiam sententia non interveniente, 24. quest. 1. in princ. cum tribus c. sequentibus.

Si rescriptum sit a Papa contra sententiam, nihilominus sententia valet, c. ea, qu. 4. de re iudic.

Si post revocationem delegationis iudicatum sit, non valet: nimirum si iudex superior causam ad se revocasset, cap. ut nostram, 56. de appellatib.

Si satisfacere condemnatus sit paratus, nihilominus sententia valet, c. cum aliquib. 6. de re iudic. ne NUNDINE in templis vel cæmeteriis celebrentur, c. decet, 2. §. cessant in Ecclesiis. de immunit. Ecclesiar. in 6. NUNTII malitia non obest domino; cap. significantes, de pig.

NUPTIE ab obnubendo dictæ sunt, 30. quest. 5. c. nec illud, in princ.

Definitio, 27. quest. 2. in princ. §. sunt enim. 29. q. 1. in princ. Instit. de patria potestate. §. 1. quæ declaratur d. q. 2. c. beata. §. individua.

de OBEDIENTIA, 8. quest. 1. cap. sciendum, 11. q. 3. cap. non semper. c. si dominus. cap. quid ergo.

Obedientia ab Abbate Episcopo præstita sine conventus consensu non valet, c. cum dilectis, de religiof. domib.

Ab obedientia sui Episcopi non absolvitur subditus Papæ, cap. per tuas, de majorit. & obedient.

Obedire non tenentur inferiores a Superiore exempti, cap. inter, eod. tit.

Obedientiæ iuramentum debet a contumacibus exigi. cap. cum in Ecclesiis, eod. tit.

Non obediens Prælati suis de Ecclesia debent ejici. ibid.

Obedire tenentur tam Laici, quam Clerici, Abbati iurisdictionem habenti, cap. dilecta, eod. tit.

Obedientiæ formam ab Abbate Episcopo præstandæ, vide cap. ne Dei, de smon.

Ad obedientiam plenam quæ exigantur, cap. his quæ, de majorit. & obed.

OBLATIONES, cap. causæ, 13. §. oblationes. & capit. cum inter, 29. de verb. signif. 12. quest. 1. cap. videntes.

vers. ipse enim.



Oblationum appellatione continetur quicquid donatur Ecclesie, vel mobile, vel immobile in Ecclesia, vel etiam extra Ecclesiam, d. cap. cum inter nos, 29. de verbor. signis.

QUORUM OBLATIONES NON RECIPIENDAE.

Oblationes dissidentium fratrum non accipiendae, dist. 98. cap. oblationes. cap. neque.

Oblationes excommunicati, vel excommunicato factae, non sunt recipiendae. Sed & hujus regulae exceptio est: nisi excommunicatus poenitens, antequam absolveretur, morte fuerit praeventus, dum Sacerdotem invenire non potuit, 26. qu. 6. c. si aliquis, in princ. & q. 7. c. Sacerdos. §. poenitentes vero.

Oblationes ejus, qui filium suum exheredaverit, non accipiendae, 17. qu. 4. cap. ult. in princ.

Oblationes inique factae non accipiendae, dist. cap. scriptum.

Oblationes eorum, qui pauperes opprimunt, non accipiendae, dist. cap. oblationes. & cap. eorum, ead. dist. 90.

Oblationes ex rebus turpiter quaesitis non accipiendae, 14. qu. 5. c. immolantis. Contradicit dist. qu. 5. c. scriptum. §. e contra. Solvitur haec oblectio, ibid. c. seq.

Semel oblatum Deo, non est revocandum nec retinendum, 17. q. 4. cap. sunt qui opes, cum cap. seq. Sacrilegium, 13. q. 2. c. Cler.

OBLIGATIO ex illicito facto non nascitur, c. quod latenter, 5. de reg. jur.

Sed ex contracto & quasi contractu, maleficio & quasi maleficio regulariter oritur obligatio simul & actio: nisi iussum Magistratus fecerit, c. quod quis, 24. de reg. jur. in 6. item nisi sciente & consentiente adversario fecerit, c. scienti, 27. dist. tit. in 6.

Obligatio turpis nec de facto, nec de jure valet, cap. ult. de pact.

Obligatio pro Ecclesia facta successorem obligatum habet, cap. 3. de solut.

Obligans Ecclesiam pro debitis alienis, ipso facto ab administratione temporalium & spiritualium est suspensus, nec ad solutionem ejus Ecclesia tenetur, cap. 2. eod.

Obligatus non est successor facto antecessoris irrationabili, qui precario bona Ecclesiae concessit, c. 2. de precar.

Obligatio ad eum transit, qui emolumentum recipit, cap. ex literis, de pig. quia cum onere suo transit res ad suum possessorem, c. 1. de Eccles. edifico.

in OBSCURO id sequendum, quod legibus contrarium non est, cap. ult. in fin. dist. 14. vide supra in dubio.

ODIO alieno alter non debet praegravari, c. non debet, 21. d. tit. 1. q. 4. in princ. cum cc. seq. usque ad q. 5.

OECONOMI non sunt constituendi Laici, sed Clerici, 16. quest. 7. cap. in nova.

ad OFFICIA publica Pagani non sunt admittendi, vide infra in Pagani.

OFFICIALIS ex generali commissione non potest inquire, corrigere, deponere & punire subditorum excessus, c. licet, 2. de officio vicarii, in 6. nec beneficia conferre potest, c. ult. eod. tit.

OLEUM consecratum potest admisceri non consecrato, & totum erit consecratum: simile est de aqua benedicta, c. quod in dubiis, de consecr. alt.

de OPERIBUS, de poenitent. dist. 3. c. pium est, c. si quando, c. cavendum. c. quid ergo. c. ult. in princ. de consecr. dist. 5. c. nihil enim. cum duob. cc. sequentibus.

OPUS novum si alicui nuntiatum fuerit, per tres menses ab onere desistere debet, c. fin. de op. nov. demuntiat.

Operis novi nuntiatio facit, ut quicquid post eam constructum fuerit, demoliri debeat, idque expensis ipsius constructantis, c. cum ex injuncto, de oper. nov. nuntiat.

de OPINIONIBUS doctorum, dist. 2. c. responsa. Haec hodie probabilem tantum obtinent auctoritatem non necessariam, dist. 9. cap. noli meis. c. negare. c. ego solis. c. noli frater. c. neque quorumlibet. item dist. 20. in princ. cum c. seq.

DE ORATIONIBUS.

In ORATIONE praemittatur praefatio, Sursum corda, de consecrat. dist. 1. c. quando.

Genua flexenda, vel prostrato corpore orandum, 26. qu. 7. c. Sacerdos. §. diebus etiam remissionis. Nisi in Dominico, & per omnes dies Paschae usque ad Pentecostem, dist. 30. c. ult. §. similiter. dist. 76. cap. scire debet, in princ. vers. neque ad exorandum. item de consecr. dist. 3. cap. quoniam sunt.

Non verbis tantum, sed & corde orandum, de consecr. dist. 3. cap. non mediocriter, & dist. cap. quando.

Ut oratio dominica matutinis & vespertinis subjungatur, de consecr. dist. 5. c. id semper.

De oratione pro seculari potestate habenda, de consecr. dist. 1. c. de hymnis. §. componuntur.

ORATORIA campanas habere non possunt sine Episcopi consensu, c. parentibus. de privil.

Oratoria privata permittuntur certo modo, de consecr. dist. 1. c. unicuique.

In oratoriis privatis campanae publicae haberi non debent. c. parentibus, 10. de privilegiis.

ORDO clericalis per primam tonsuram confertur, c. cum contingat, de stat. & qual. ordin.

Ordinis susceptionem probet advena, antequam admittatur, vel ulterius promoveatur. c. inter. de Cler. peregrin.

Ordinatus ab Episcopo, sine titulo, ab eodem sustentatur, cap. non liceat, de praebend. & dignitat. & cap. Episcopus si aliquem, eod. tit.

Ordinatus ab Episcopo, qui cessit, quando ministrare possit, cap. 1. de ordin. ab Episc.

Ordinari extra statutum tempus ministrare possunt post poenitentiam peractam, c. consultationi, de temp. ord.

Cum furtive ordinato potest Episcopus dispensare, si non sub excommunicatione prohibitus accessit, alias non dispensat, nisi religionem intret, cap. innovuit, de eo qui furtiv. ordin.

Non ordinatus ministrans nunquam ordinetur, cap. ex literis, de Cleric. non ordin.

Ordinatus a Papa non est ideo a Praelati sui jurisdictione exemptus, cap. per tua, de majorit. & obed.

Ordinem Subdiaconatus a Papa recipiens non potest sine ejus licentia ab alio ulterius promoveri, c. cum quidam, de temp. ordin.

Ordinatus in apostasia quando ministrare possit, vide in cap. ex parte, eod. tit.

QUINAM ORDINARI DEBEANT VEL POSSINT,

ET QUOMODO.

Ordinari non debent spurii, cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.

Defectus genitalium ordinandum removet, cap. significavit, de corp. vitiat.

Ordinari non debet servus, nisi manumissus, c. 1. de serv. non ordin. item nec infamis ante purgationem, cap. non debet de testibus. Item nec poenitentes publici, cap. 1. de bigam. Item nec ad ratiocinia obligati, cap. ad ratiocinia, de obligat. Item nec membris mutilati, cap. exposuisti, de corp. vitiat.

Ordinari potest quis ad suum patrimonium, cap. tuis questionibus, de praeb. & dignit.

Ordinem Subdiaconatus confert solus Papa, die Dominico, cap. 1. de temp. ordin.

Ordines

Ordines

Ordines omnes quando conferri possunt, vide ibid.

Ordines minores possunt Episcopi conferre die Dominica & festis praecipuis. ibid.

Ordinem fulcipiens die non debito, est ad Papam mittendus, c. cum quidam, de temp. ordin.

Ordinem recipientis sine aetate legitima, & conferentis poena, c. vel non est compos. eod. tit.

Ordines sacri duo una die conferri non possunt, & poena conferentis habetur, in c. dilectus, eod. tit.

De ordinis substantia non est tempus, impedit tamen executionem, c. consultationi, de temp. ordin.

Praelati & beneficiati ordines sacros recipiant, vel amoveantur, c. cum in cunctis. de elect. & c. queris, de atat. & qualis. ord.

Ordines duos uno die recipiens est suspendendus, potest tamen cum eo dispensari poenitentia peracta, c. 3. de eo qui furt. ord. suscep.

ORDINARIUS non potest restituere possessionem contumaci, contra quem missio in poss. facta est a delegato, c. pastoralis, de offic. deleg.

Ordinarius potest ex officio suo cogere partes, ut stent iusto arbitrio, & pareant sententiae arbitratorum, c. 2. de arbitr.

Ordinarius non tenetur obedire delegato, nisi ei de commissione constat, c. cum in jure, de offic. Jud. deleg.

Ordinario non exeunte Judicis delegati sententiam, ipse delegatus exequi potest, c. significasti, eod. tit.

Ordinarius retractare debet iniquam sententiam a Judice delegato in causa matrimoniali latam, c. significavit, eod. tit.

Ordinarius Judicis delegati sententiam exequi tenetur, c. in literis, de offic. Jud. deleg.

Ordinarius excommunicare potest iniuste a delegato absolutus, c. ex parte, de offic. Jud. ordin.

Ordinario major est delegatus Papae, quatenus ad causam sibi commissam, c. pastoralis, eod. tit.

Ordinario praedictum facere non cupit Papa per mandatum suum, c. licet, eod. tit.

OPPRIMENTES pueros nocte qualiter puniendi, vide in c. ult. de iis qui fil. occid.

OSTIARIUS, & de nomine & officio ostiariorum, dist. 21. c. 1. §. fin. dist. 25. c. 1. §. ad ostiarium.

Ne ostiarius orario utatur, dist. 23. c. non oportet.

PACTUM quid sit, c. pactum, 11. de verb. signif.

Pactum legis commissoriae in pignoris contractu prohibetur, c. significante, 7. de pignoribus.

Pactio privatorum, legi contraria, nullius est efficaciae, c. si diligenti, de for. comper.

Pactum quod ab initio non valuit, per superioris ratihibitionem valet, c. quories, de pact.

Pactum turpe vel impossibile nullum ligat, cap. ult. de pact.

Pactum generale, ne de crimine agatur, non valet, c. quemadmodum, de iurejur.

PEDAGIA & vectigalia nova sine consensu Principis imponere non licet, c. innovamus, 10. de censib. vide infra in Pedagia.

qui PAGANIS praedicant, possunt cibis ab ipsis appositis vesci, c. quam sit, 10. in pr. de Judeis.

Ut iis qui idonei sunt, permittatur paganis praedicare, dist. cap. 10. §. insuper.

Ne Pagani ad officia publica admittantur, c. cum sit, 16. §. fin. eod. tit.

Pagani constitutionibus Ecclesiae non subjacent, c. gaudemus, de divort.

Paganis arma & auxilium vendentium poena, c. quod olim, de Jud. & Sarracen.

PALLIO uti potest Archiepiscopus infra quamlibet Ecclesiam suae provinciae, cap. 1. de usu pall.

Pallium novum habebit transiens ad novum Archiepiscopatum, c. bona memoriae, 2. de postul.

Pallium alteri Archiepiscopo accommodari non debet, cap. ad haec, eod. tit.

Pallio non utendum extra Ecclesiam, ut in processione & similib. c. 1. eod. tit.

In pallio debet Archiepiscopus sepeliri, c. 2. eod. tit.

Pallio consequitur quis plenitudinem officii, nec prius Archiepiscopus appellari debet, c. nisi specialis, de usu pall.

Pallium quid significet, vide in c. ad honorem, eod. tit.

Pallio semper & ubique solus utitur Papa, ibid.

Pallio non utatur Archiepiscopus extra suam provinciam, nisi ex privilegio speciali, & de licentia ejus, in cujus Ecclesia celebrat, c. ex tuarum, eod. tit.

Pallio utendum in festis praecipuis & diebus privilegatis Ecclesiae suae concessis, c. ex tuarum, eod. tit.

Pallium Archiepiscopi dandum accipitur de corpore Sancti Petri, c. significasti, eod. tit.

Pallium recipiens fidelitatem jurare tenetur, ibid.

Sine pallio non licet Archiepiscopo confirmato convocare Concilium, confiscare chrisma, &c. c. quod sicut, & c. praeterea, de elect.

Pallium conferre possunt principales Patriarchae Suffraganeis suis, c. antiqua, de privilegiis.

de PAPA, dist. 21. c. 1. §. Pontifex.

Papa solus potest supra jus dispensare, c. proposuit, de concess. praebend.

Papae soli reservatur translatio Episcoporum, & depositio, c. inter corporalia, de translat.

Papa de haereditate judicare potest ratione fidei, c. Judaei. de Jud.

Papa potestatem habet a Deo, Imperator a Papa, cap. novit. de Jud.

Papa ejusdem est potestatis, cujus & beatus Petrus, c. illud dominus, de major. & obed.

Papa Principem secularem deponere potest, c. ad abolendam, de haeret.

Papa potest legitimize illegitimos, c. per venerabilem, qui filii sint legitimi.

Papa solus Episcopos fratres suos in literis nuncupat, c. quam gravi, de crim. fals.

Papae potest cum ratione obviari, etsi absolute jubeat, c. si quando, de rescript.

Contra Papae voluntatem nemo jus in beneficiorum collatione habet, c. dilectus, de praeb.

Papa solus canonizat sanctos & sanctorum reliquias, ibid.

Papa solus Laico concedit jus eligendi in Ecclesia collegiata, c. nobis, de jur. patron.

Papa solus causas committit appellatione remota, c. super questionibus, de offic. deleg.

Papa solus major est omni Concilio, omnino statuto, c. significasti, de elect.

Solus Papa Dei vicarius in terris esse videtur, nullusque major, c. licet, eod. tit. & c. quanto, de translat.

Solus Papa dispensare potest, ut filii Presbyterorum Ecclesias paternas immediate habeant, c. dilectus, de filiis presb.

Papa solus unit & dividit Episcopatus, de translationib. per tot. tit.

Solus Papa sententiam diffinitivam mutare potest, cap. cum olim, de sentent.

Papa successori suo legem imponere non potest, nec potestatem ejus limitare, c. innovuit, de elect.

Papa cognoscere debet de causa natalium, c. tuam, de ordin. cognit.

PARIA